excommunicatus fuerit. p suo neglectu.
siue episcopus qui libet. siue clericus. et tempore
excommunicationis siue ante audien
tium comunione presumpserit. ipse in se
dampnationis iudicetur. p tulisse sen
tentiam. **De ordinatis si aliqui filioy**

His a quibus dñi peruersor exierit.
sacramenta tractant iudicium san
guinis agitare non licet. Et idō ma
gnopie talis excessus prohibendus. ē.
ne indiscrete presumptionis motib agi
tati. aut quod morte plectendum. ē.
sententia propria iudicare presumant.
aut truncationes quibus libet psonis.
aut perse inferant. aut inferendas p
cipiant. Quod si quis quibus in memor
pceptoy. aut in ecclesie sue famulus. aut
in quibus libet personis tale aliquid
perpetrauerit. & concessi ordinis
honore priuetur. et loco subperpe
tue dampnationis religetur erga stulo.
cui tam comunio exeunt de hac uita
non neganda ē. ppter dñi misericordiam. **De
episcopis sua manu cedentibus.**

Non liceat episcopo manibus suis aliquē cede.
hoc enī alienū a sacerdote esse debet.

**De illo qui se ipsum et sibi commissos cor
pore regimini in se regere neglexerit.**
ratione habuit. nec suadicta desit.
nec quā filioy contexit. canis impudi
cus magis dicendus quā episcopus. **De eade**

Vlexiua pertinere humidū re.
fluens lauat et non lauat. ita bona
doctrina per malū doctorē. animas cre

dentium lauat sorde peccatorū. **De malo
pastores quē sue oues fugiunt.**

Sicut fugiunt oues uocē pastoris quē non
cognoscunt. et deserta petunt. ita
mali pastoris ouilia. **De illo quonobilitate
dei ase eicit.**

Adā primus homo **dei ase eicit.**
pro peccato de paradiso eiectus. ē. hoc
est qui nobilitate dei ase eicit. nobili
tate loci priuetur. **Quod nō sint omnes filii
scōy. qui tenent loca scōy.**

Non facile est stare in loco petri et pauli.
et tenere cathedrā regnantū cum xp̄o.
quia hinc dicit. non scōy filii sunt qui te
nent loca scōy. sed qui exercent opa eoy.
**Quod nullus ex genere. nec ex loco
gloriam debeat.**

Nos qui presumus non ex locorū nec genens
dignitate. sed morū nobilitate inno
scere debem. nec uerbum claritate sed
fidei puritate. **De sacerdotibus quibus
suis mala p̄bent exempla.**

Nemo quippe amplius in ecclesia nocet.
quā p̄ uerse agens. nom ut ordinē sci
tatis et sacerdotis habet delinquente.
nāq; hunc redarguere nullus presumit.
et in exemplū culpa uehementer exten
ditur. qm̄ pro reuerentia ordinis pec
cator honoratur. **Ut tantū curā rerū
ecclesiay episcopi habeant.**

Om̄ium negotioy ecclesiay curā
episcopus habeat. et ea uelud dō contem
plante dispenset. Nec ei liceat ex his
aliquid om̄ino contingere. aut paren
tib; propriis que di sunt condonare.
Quod si pauperes sunt. tāquā paupib;
subministrat. nec eoy occasione eccle
negotia depredentur. **Deusupalline
ametropolitanis presumpu ue utatur.**

Quicūq; sane metropolitanoy per plateas.

ut in letanis ut pallio presumpserit.
et non tantū incipit uel festiuitatib;
et ab aptica sede indictus temporibus
admissarum solū modo sollemp
nia careat illo honore. et pro ut
beatus p̄p̄ gregorius ad ioh̄m panor
mum ep̄m. quia graue iugū atq; uin
culum ceruicis non pro ecclesiastica. sed
pro quadā seclari dignitate defendat.
permissa qua ab utitur careat digni
tate. qm̄ iure priuilegiū meretur.
amittere. quia uadacter usurpat illi
cita. **Quod episcopus res sue ecclesie nisi prius
cū suo commiserit testamentum possit.**

Siquis episcopus condito testamento aliquid
de ecclesiastica uiris p̄p̄rietate lega
uerit. aliter non ualebit nisi tantum
de uiris propriis facultatib; suppleue
rit. **De episcopo qui res sue ecclesie parentibus
suis indiscrete tribuit.**

Vt episcopi in rebus ecclesie circa propinquos suos
exponendū reprehensione caueant.
ut et discreationis modum teneant.
De eadem re.

Quā multa episcopoy amore propinquorū
suoꝝ dereb; sibi committat suo. aut
quo libet amicoꝝ nomine p̄dia et man
cipia emunt. et ut propinquoy suorū
ius cedant statuunt. et ob hoc iura ec
clesiastica conuelluntur. et ministerium
sacerdotale suscitatur. immo a subditis
detrahitur. et contempnitur placuit
om̄ib; ut deinceps auarta e hoc gen
tanteatur. fixūq; ab hinc et perpetuo
mansurū eē decreuimus. ut episcopus res
sui iuris. quas aut ante ep̄atū. aut
certe in ep̄atu hereditaria successi
one adquisiuit. sedm̄ auctoritatem
canonicā quicquid uult faciat. et cui

uult conferat. Postquā autē episcopus fac
tus. ē. quas cūq; res de facultatibus
ecclesie aut suo. aut alienis nōe qua
libet condicione cōparauerit de tro
uimus. ut non propinquoy suorū.
sed in ecclesie cuius ē. iura de ueniant.
**Ne episcopus dereb; uideate ecclesie quicquid
alienare presumat.**

Siquis episcopus nulla ecclesiastice rationis
necessitate compulsus. in suo clero
aut ubi forte non ē p̄b̄. dereb; eccle
siasticis aliquid presumpserit uendere ip
sas ecclesie restaurare cogat. et in iu
dicio episcopoy. deiciatur auditus. Et tā
quā furti aut latrocinii reus suo pri
uetur honore. **De illis qui ad sacerdotū
exsequias uenire contempnunt.**

Eaq; competunt honestati contigit sepe
quoydā desidia n̄ impleri. proinde
quā notū. ē. que dignitas in exsequiis
mortuus episcopi ex canonib; conseruetur.
traditione monis antiqui hoc tantum
adicimus. ut si quis sacerdotū scdm̄ sta
tuta ualentim concilii ad hūanda
defuncti episcopi membra uenire commo
nitus pigra uoluntate distulerit.
appellantib; clis obeuntes episcopi apud
synodū. siue apud metropolitanū ep̄m
tempore anni unius. nec faciendū missā.
nec communicandi habeat om̄ino li
centiā. P̄b̄n autē siue ceteri dñi quib;
maior honoris locus apud eandē ecclesiam
fuerit. cuius sacerdos obierit. si om̄i solli
citudine p̄ exsequiis iam mortui. aut
continuo artibus mortui ad commo
nendū. uicinū ep̄m tardin ueniantur.
aut p̄ quācumq; molestiā. animi id ne
glegere comprobent. totius anni spa
tio ad poenitentiam in monasteriis de

putentur. **Ut quicquid episcopus relinquere.**
ide missi in facultates ecclesie episcopi.

Pontifices uero quibus in summo sacerdotio
constitutos ab extraneis duntaxat
donat aliqd. ut cum ecclesia. aut seque
strati duntaxat. aut donat quae
ille quid donat pro redemptione. unius
sue. non pro modo sacerdotis probatur
offerre. non quasi suum. sed quasi id
emissum in facultates ecclesie compu
tetur. quia iustum est. ut sicut sacerdos
habet quae ecclesie dimissum est. ita et ecclesia
habeat. quod relinquitur a sacerdote.

**Ut nullus episcopus nisi cum consilio eorum et
et principis in hostem ire debet.**

Rodolus gradirex. Regniq
francoy rector. et deuotus scilicet ecclesie
defensor atq; adiutor in omnibus apostolice
sedis. Hortatu omnium fidelium nostrorum.
et maxime episcoporum hac reliquorum sacerdotum
consulto. seruus dei promissa omnibus ar
maturam portare. ut pugnare aut exor
citum et in hostem pergere omnino probi
bemus. nisi ut tunc modo qui propter
diuinum ministerium. missarum scilicet
sollemnium adimplenda. et sanctorum patro
cinia portandi ad hoc electi sunt. id
unum ut duos episcopos. cum capellanis presbiteris.
Et unus quisque princeps unum presbiterum seculum
habeat. qui peccata confitentibus iu
dicare et indicare poenitentiam
possit. **De adonre.**

Sapientia auctoritate. et multorum episcoporum
ammonitione instructi sanctorum quoque
canonum regum edocti. consulti ui
delicet. omnium nobilium nostrorum nos me
tipso corrigentes. posterisque nostris
exemplum dantes. uolumus ut nullus

sacerdos in hostem pergat. nisi duos ut
tres episcopi tantum. electione ceterorum propter
benedictionem predicationem populi re
conciliationem. et cum illis electi sacer
dotes. qui bene populo poenitentiam
dare. missas celebrare de infirmis
curam habere. sacraque olei cum sacris
precibus. unitionem impendere. sciunt et hoc
maxime prouidere. ne sine uatico quis
deserto recedat. **Deo si quis ab apostolice
falsa de uolent epistolam in sceleribus.**

In memoria beati petri apostoli honorem
sanctam romanam apostolicam sedem. ut que
nobis sacerdotalis mater est. dignitatem
esse debet magistra ecclesie rationis.
Quare seruata est. cum mansuetudine
humilitas ut licet uix ferendum ab illa
sancta sede inponatur iugum conferamur.
et pia deuotione tolleremus. Si uero
quod non decet quilibet siue sit presbiter.
siue diaconus. aliqua perturbatione ma
chando. et non ministerio insiduan
do redarguat falsam apostolice detulit
se epistolam. ut alium quod inde non con
uenit. salua fide et integra circa
apostolicam humilitate. poenitentiam sit
potestas. utrum eum in carcerem. aut in
liam detrudat. custodiam usque quo
per epistolam. aut per ydoneos suos par
tis legatos apostolicam interpellat sub
limitate. ut potissimum sua sancta lega
tione dignetur decernere. quod de
talibus iusto ordine. lex romana sta
tuat definire. ut et his corrigatur.
et ceteris modis inponatur. **De ac
cusatis episcopis.**

Supremates accusatores episcoporum cum
eis pacificare familiariter minime.
potuerunt. tunc tempore legitimo eos

ad sinodum canonicam conuocati. non in
fra angustia tempora canonicam conuo
cent prius eis prescripta significant
quod eis opponitur. ut ad responsionem
preparati adueniant. Nisi autem uel aut
timore ecclesie. aut suis rebus expoliati
fuerint. nec canonicam uocari ad sino
dum possunt. nec respondere emul
debent. antequam canonicam restitu
antur. et sua omnia eis legaliter red
dantur. **Quod non in ecclesiasticis
agendum sit negotiis sicut in secularibus.**

Non enim in ecclesiasticis agendum est.
negotium sicut in secularibus. Prius
quam legibus uocatus euenerit. ut cum
in foro decernere ceperit aliquid. non
licet ante pactam causam recedere.
In ecclesiasticis uero causa dicta. rece
dere licet si necesse fuerit. aut se p
grauari uiderit. **Quod nulli pro
uente alium eligere licet.**

Siquis presbiter aut diaconus. aut clericus papa in
coloni. et eo in consulto subscrip
tione pro romano pontificato com
dare. aut paxio promittere. aut
sacramentum prebere temptauerit. aut
aliquid suffragium polliceri. ut de
hac causa priuatis conuenticulis
factis deliberare atque decernere lo
cassui dignitate et comunione pri
uetur. **De fessione episcopi.**

In ecclesia in concessu presbiterorum. episcopi subli
mior sedeat. **Ita de ordinatione episcopi.**
ordinatione episcopi.
ipsi qui ordinat missam celebrare debet.
et qui ordinatur similiter. **Que sacerdotum
di declinare debeant.**

Quecumque ad aurium et ad oculos per
tinent in lecebras unde uigor animi

emolliri posse creditur. ut de aliquibus
generibus musicorum. aliisque nonnullis
rebus omnium sacerdotum se abstinere de
bent. quia per aurium oculorumque in
lecebras. uirorum turba ad animam in
gredi solet. Histrionum quoque episcopi
et obscenorum insolentia si eorum ipsi
animo effugere. ceterisque sacerdotibus
effugenda predicare debent. **De ore
dicente episcopi quod ecclesiasticorum.**

Sed et hec ibidem inuentum est. de
episcopis presbiteris et clericis si heredita
tem ad no regem. ut ab alio principe
ut amico suo seu hereditaria sorte
sibi deuenit. ut adquisierunt donare
eis liceat hanc cui uoluerint dum ui
uunt. pro remedio anime ad ecclesiam
quacumque elegerint. ut consanguineis
suis ut amicis. Sin autem antea obi
erunt. quam firmiter perfecerunt. al
tari cui seruauerint omnia perpetuo sancti
ficentur. et inuis tradantur. Similiter
de presbiteris. statutum est. nihil debentus
mogotensis archiepiscopi subscripsit.
Ruobertus treuerensis archiepiscopi
subscripsit. Anthonal bulgensis
archiepiscopi subscripsit. Adalmaraldus
fardiensis episcopi subscripsit. Ringu
uinus argentensis episcopi subscripsit.
Notangus constantensis episcopi sub
scripsit. Vne uianus padar brun
nouis episcopi subscripsit. Nodalrius
augustensis episcopi subscripsit. Ben
nardus haluarstensis episcopi subscripsit.
Roumalduus mimigarte nouurden
sis episcopi subscripsit. Eberis mindunen
sis episcopi subscripsit. nec non et abbatem
cum ceteris sacri ordinis uiris sub
scripserunt. **Ne episcopi propter sua quiete**

in eudonopolim que dudu salabria uocabatur. Policarpus de urbe anta pristena misie. in nicopolim tracie mutatus. e. Hierophilus detrapezopolis yrie transmigratus. e. in palatinopolim tracie. Optimus ab agardamia frugis antiochia pisydie transmigratus. e. Siluanus asini popoli tracie mutatus. e. introadum.

EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT CAP LIBRI SEDJ.

- I De ordinationib; epoy. et reliq; ordinum.
- II Quis pbr necessario discere et scire debeat.
- III De eadem re.
- IIII Quod ordinationes fieri non debeant. nisi in loco certo et religioso.
- V Quod abraham prim; sit appellat; pbr. et q; pbr nominet;.
- VI Quod nullus ex ecclesiastico ordine absolutus debeat ordi.
- VII Quod sub aspectu audientium ordinationes celebrari non debeant.
- VIII Quod turbis electione; pmouendoy facere non liceat.
- IIIIII Quod epim ut pbr ante xxx annos ordinare non liceat.
- X De pbrs qui ante xxx annos ordinantur.
- XI Quod ante xxv annos diaconi non sint ordinandi.
- XII Quod in ueteri lege p; p; p; ut ante xxv annos leuite in tabernaculo non seruiret.
- XIII De pbrs qui sine examine sunt prouecta.
- XIIII De eo qui sibi uolens aliquid membru truncauerit.
- XV De eis qui a medicoy incisione claudi efficiuntur.
- XVI De illis qui in uident frum prouecti homib;.
- XVII Ut seditionari non ordinentur.
- XVIII Quod in litteratus et aliquo membro immutatus prouecti non debeat.
- XVIII De bonis illoy qui a dominis propriis libertate donantur.
- XX De filiis concubinarum.
- XXI Ut de monib; similib; passionib; utrem; sacra tractentur.
- XXII Ut de feruili conditione nisi prius adnus proprius libertatem habeant nulli ordinentur.
- XXIII De eadem re.

- XXIII Ut seruus ne scire dno suo ordinari non debeat.
- XXV De his qui libertatem dominis suis ita percipiunt. ut nullum sibi obsequium reddant.
- XXVI De seruus inordinandis sedm ecclesios mandata quomodo ingenu fieri debeant.
- XXVII De eadem.
- XXVIII De eadem.
- XXVIII De eodem.
- XXX Exemplar libertatis de proprio seruo.
- XXXI De seruoy ordinationum.
- XXXII De eccles; seruis.
- XXXIII Ut poenitentes ut bigami non prouentur.
- XXXIII Energumini non solum ad sumendi sunt ad cleru. sed in uera ab officio remouendi.
- XXXV Ut nullus ex poenitentib; ordinetur.
- XXXVI De actorib; et procuratorib; si ordinarari debeant.
- XXXVII Ut de poenitentib; nullus admittatur ad clerum.
- XXXVIII Luceus si sedita uxorem duxerit. et si non fuerit.
- XXXVIII Ut nullus alterius parrochianum retinere psumat.
- XL Ut ab alio ep; ordinatus in clero non maneat.
- XLI De quoda ep; qui alterius ep; et in consuetudine ordinauerit.
- XLII Ut nono et in alio non suscipiat sine uoluntate sui ep;.
- XLIII Ut nullus ep; alienum et in sine licet; ep; sui suscipiat.
- XLIII De pbrs a discipulis qui sine litteris ep; sui abulant.
- XLV De eadem re.
- XLVI Ut quis ordinatus litteras ab ordinatore suo accipiat.
- XLVII Ut ordinatus q; q; milis lras p; maneat ad que ordinat; e.
- XLVIII De pbr; qui confessus fuerit quare ordinatione peccauerit.
- XLVIII De eadem re.
- L Ut nullus pbr absq; sacerdotalib; uestimētis missa celebret.
- LI Ut et si in interpretatione ab officio n; declinet.
- LII Ut omis pbr in sua ecclia singulis dominicis dieb; aquam benedicat.
- LIII Item de aqua benedicenda.
- LIII Ut missa peculiaris dieb; sollempnib; non fiat.
- LIV De ministerio pbr; ut quid eis commissum sit.
- LVI Ut singulis pbrs singulos habeant etas.
- LVII Quod pbr; fides primu discutienda sit.
- LVIII De eadem re.
- LVIII Quod in primis pdicandum sit qualiter ordi debent.

- LX De eadem re.
- LXI De eadem re.
- LXII Ut omis pbr parrochianis suis symbolum et orationem dominicam insinuet.
- LXIII De eadem re.
- LXIII De dilectione dei et proximi.
- LXV De omnibus quib; homines cu diabolo deputantur.
- LXVI Ut de auditorio nullus egredietur sacerdotis uerbis facere.
- LXVII De eadem re.
- LXVIII De precib; post altitudinem.
- LXX Ut omis pbr indies; fidelis pbrm ammonet. quas p; addm fundere debeat.
- LXXI Ut pbr; plebs ammoneret ut bubulos atq; portarios in p; capilib; fidelis admittat uenire permittere.
- LXXII De ammonitione pbr;.
- LXXIII Quomodo unusquisq; orare debeat.
- LXXIII De filiis quomodo parentib; obedere debeant.
- LXXV De illis qui principales; felicitates in uillis celebrant panni.
- LXXVI De eadem re.
- LXXVII Ut pbr; plebs annuntiet quid dies sint ferandi.
- LXXVIII Ut pbr; cum festa uicari; annuntiet uigilari nob; liuis curi.
- LXXVIII Ut ad salutationes sacerdotales admittat omis; de uere; respondeant.
- XC Ut nullus ordinatus p; discurrat ecclesie sue cura derelicta.
- XCII De dominica die qualiter sit ueneranda.
- XCII Item de dominica die.
- XCIII De eadem re.
- XCIV De eadem re.
- XCV De eadem re.
- XCVI De eadem re.
- XCVII De eadem re.
- XCVIII Ut nullus in dominicis dieb; genua flectat.
- XCVIII Ut pbr; prius uicari; fidelib; desiderantib; benedicat. et ut omis pbr; p; familias. paruos. p; p; uicari; domos habeat facultatem benedictiones aperire.
- C Ut pbr; benedictiones epales super plebs facere n; debeant.
- CI Ut nullus pbr; alterius plebs sanu eo nobis recipiat.
- CI De alterius pbr; plebs sanu.
- CI De ordinatis a reliquis fidelib; quod sine licentia sui ep; nil agere debeant.
- CI De eadem re.
- CV De eadem re.
- CVI Quod non liceat et in induari ciuitatu simul scribi oculis.

- CVII De ordinatis ne decurrate in ciuitate contra uisum non transferantur.
- CVIII De eadem re.
- CVIII Ne pbr; causa legationis p; diuersa mitteretur loca cura animarum derelicta.
- CX Quod pbr; assidue legere debeant.
- CXI Ut pbr; sine orationis non uadant.
- CXII Ut et si honesto artificio uictum querat.
- CXIII De eadem re.
- CXIII De pbr; in curiali officio expletis. q; legere debeant.
- CXV De eadem re.
- CXVI Quod magis periculum sit aliquid fieri iudicium utre alioquin quiescit suam temperare.
- CXVII Ut pbr; iuxta eccliam illoy hospiteantur.
- CXVIII De pbr; uxores acceperunt deponantur.
- CXVIII De eadem re.
- CXX De eadem re.
- CXXI De eadem re.
- CXXII Item de eadem re.
- CXXIII Ut ancille acellano pbr; non uentur.
- CXXIII Quod diaconi sicut ep; et pbr; et cessare debeant ab opere conugali.
- CXXV De eadem re.
- CXXVI De eadem re.
- CXXVII De incontinentib;.
- CXXVIII De ordinatis si cupi fuerint in formatione prius aut furo.
- CXXVIII De ordinatis si uisual; exercuerint.
- CXXX De eadem re.
- CXXXI De eadem re.
- CXXXIII Item de eodem.
- CXXXIII De eodem.
- CXXXV Item de eodem.
- CXXXVI Item de usurariis.
- CXXXVII Quod sit usura.
- CXXXVIII De eadem re.
- CXL Ut nullus ex ecclesiastico ordine edendi. ut hibendi causa tabernacul; ingreditur.
- CXLI Ut nullus ex sacro ordine cibi ut potus causa tabernacul; ingreditur.
- CXLII De eadem re.
- CXLIII Ut illiquib; uxores ducendi licitum non e. alioq; nuptias.
- CXLIII Quod non oportet in bigami nuptias orare pbrm.
- CXLV De eadem re.
- CXLVI De eadem re.
- CXLVII Ut nullus et si in alia ciuitate suscipiat sine commendatione ep;.
- CXLVIII De eadem re.
- CXLVIII De eis fugiuis ne ab aliis recipiantur.

cl Vt peregrini sine litteris sui epi non recipiantur.
cl i Vt epi in aliena ciuitate non maneant. nisi epi locum eor. prouideant.
cl ii De epi et monachis qui sine litteris sui epi uagantur.
cl iii De eadem re.
cl iiii Vt pauperibus et indigentibus auxilio. cum proficiuntur pacis litteris sit subuocendus.
cl v Vt epi illi qui in alias prouincias suos secuntur seniores sine formata ministerio non permittantur.
cl vi Item ex eod. re.
cl vii Vt nullus laicus pbrum suum uilicationi implicari psumat.
cl viii De illis pbris qui contra statuta canonis uilicentur.
cl iiii Item ex eod. re.
cl x De principibus qui solent illos sacerdotes facere ministeria.
cl xi De illis quidem seruire disponunt ut administrationem domoy non accedant.
cl xii Item si liceat aliquo ex eorum conductorem priuato fieri.
cl xiii Vt si qui libeat ordinatus infra muros ciuitatis manens ad sacrificium conuictorium non ueniat. et non habeatur.
cl xiiii De eadem re.
cl xv Quod omnes sacerdotes dñi oporteat doceri ut epi instruamur et sibi proficiant.
cl xvi Vt singuli pbrs singulis annis suo epi de ministerio suo rationem reddant.
cl xvii Vt omnes pbrs sibi subditi fidei discrete construantur.
cl xviii Quatenus professionem pbrs aut diaconos sui epi oporteat facere quos per parrochias constituantur.
cl xiiii De monachis et laicis qui in loqueliis suis gloriantur. ut pda care non audeant.
cl xx Vt epi parrochiani ab epi suis canones discant.
cl xxi Quod nullus sacerdotum canones liceat ignorare.
cl xxii De pbris parrochialibus cum conuenerint.
cl xxiii Vt se inebriare non audeant.
cl xxiiii De eadem re. **cl xxv** De eadem re.
cl xxvi De eadem re.
cl xxvii Nec epi nec uiri religiosi ante horam tertiam ineant eum.
cl xxviii De pbris ut oportet sint.
cl xxiiii De eadem re.
cl xxx Vt pbrs plebes suas ut oportet sint ammonent.
cl xxxi Vt epi sacdotum semp lectio diuina miscantur.

cl xxxii De epi in temperate uiuentibus.
cl xxxiii De epi scurrilibus. **cl xxxiiii** De eadem re.
cl xxxv Vt epi fidei iustor non sit.
cl xxxvi Vt epi barbam non uentur.
cl xxxvii De epi per eorum iuramentis.
cl xxxviii De epi quia ad uoluntatem et produmibus uacare deprehendunt.
cl xxxiiii De epi quia solent contra ecclesiam mandata auri pbrum episcopi molestiam inferre.
cl xc De illis qui epi suis nec eos adimplere honore in ecclesia sua pueant contradicunt.
cl xci De pbris certo crimine deposito. si de ministerio sibi interdico aliquid agere psumpserit.
cl xcii De pbris ut diacono dāpnato. qui impatoris auri molestus exierit.
cl xciii De pbris qui prauis exemplis mala de se suspicari puerit.
cl xciiii De eadem re.
cl xc v Si epi aduersus eum habet negotium. ut ad solatia non recurrat iudicia.
cl xcvi De pbris qui a plebibus infamabantur. quomodo purgari debeant.
cl xc vii Si aliquis ex ordinatis ab epi suo dampnatus fuerit ut non debeat aliquo defendari.
cl xc viii De pbris appto accusato.
cl xciiii De epi conuictis et confessis. si intra annum causam suam purgare contempserint. nulla uoce eor. post audiantur.
cl c Vt nullus ex ordinatis. laico uisite psonat.
cl ci Si pbr aut diaconus in fornicatione aut pūno aut furto captus fuerit ab officio suspendatur.
cl cii De epi quibus aliquis illos percurtor exierit.
cl ciii De pbris qui propter suam negligentiam degradati fuerint.
cl ciiii De ordinatis si in uisite degradati fuerint.
cl cv De ordinatis qui epi proprium contempnunt.
cl cvi Si pbr contra suum epi inflatus. seisma fecerit. ut a the matetur.
cl cvii De illis qui aliquo ex ordinatis. falso crimine apprehendunt.
cl cviii Vt criminator. crimen criminati litteris comprehensum. ante accusationem epi suo respiciat.
cl ciiii Vt nullus ex ordinatis se pelamet in fado nisi scriptis.
cl cxx De pbris qui parrochias fugerint. in qbi loca sunt.
cl cxxi De epi accusatoribus si unū ex obiectis probare non poterint.

cl cxxii De epi aut pbro sicusa criminalis eius reputata fuerit. quom se expurgare debeant.
cl cxxiii Vt epi ab aliis iudicibus non constingantur.
cl cxxiiii Criminationem iniuste et non probantem uerbis publice castigandum. et in exilium deportandum.
cl cxxv De ecclesiasticis. si se laicos potestates habere desiderant.
cl cxxvi Vt qui epi accusauerit. et testimonium non poterit. accusator potestatem accusari accipiat.
cl cxxvii Vt si epi laici epi in secularibus in sua accusatione non recipiunt. ita nec ipsi in sacerdotum.
cl cxxviii Vt testimonium laici. contra dñm non suscipiat.
cl cxxiiii De episcopatu pbrum.
cl cxxx De ordinatis si accusati fuerint. quos testibus se excusare debuerint.
cl cxxxi De substantia defuncti pbrs cuius se debeat.
cl cxxxii De pbris qui sine testamento discesserint.
cl cxxxiii De epi qui ualibus uelimentis utuntur.
cl cxxxiiii De eadem re.
cl cxxxv De epi qui uiose munditius deambulant.
cl cxxxvi Vt nullus ex eorum arma militaria portet.
cl cxxxvii Vt omnes epi manus confidant in defensione di qua in armis.
cl cxxxviii De illis qui ecclesiastico ordine aut ueniant aut cum accipit uocantur.
cl cxxxiiii De epi de ut omnes siluance uagationes eorum et accipit illis interdicitur.
cl cxi Vt epi discordantes epi suscipiantur reconciliet.
cl cxii De epi qui proruperint in mutuo acede.
cl cxiii De eadem re.
cl cxiiii De officis et ministeriis pbr diaconoy cū subdiaconib et sequentium ordinum ministeris obseruandum.
cl cxiiii De numero certo diaconorum.
cl cxlv De eadem re.
cl cxlvi Vt diaconi corā pbris non sedent.
cl cxlvii De diaconis qui se pbris ante ponunt.
cl cxlviii Vt exoriste. energumini manus imponunt.
cl cxlviiii De honore uniuersis ordinibus competere.
cl c De sacerdotibus qui ad implere suum ministerium nesciunt.

nec discere uolunt q ab officio sint subuocendi.
cl i Vt in epi non computentur. qui nullas epi disciplina inueniuntur.
cl ii De epi qui a dominis suis liber facti sunt.
cl iii Exemplar formate epi que in uicena sinodo a suis patribus e formata et collaudata.
cl iiii De illo qui fugam frīb eglauert.
cl v De illis qui pbrs suos male tractauerunt.
cl vi Vt nomen pbr in epi se sit recitetur.
cl vii Vt pbr aut diaconus quia canonicus non e. sed in illis habeat. nisi quia sumas festiuitates eplebre in sinu ciuitatib.
cl viii Vt pbrs potestas pdauidi in suis plebibus concedatur.
cl iiii De epi qui in reba interficiuntur.
cl x De pbris qui crimine capitali accusantur. et collegas qbi se excusare possint non habent.
cl xi Vt uiri ueraces et dñm timentes in uocantibus et publicis uos constamantur.

EXPLICIT CAP. INCIPIT LIB. II



QUANDO ORDINATIONES FACERE DISPONIT. omnes qui ad sacrum ministerium

accedere uolunt ff. iiii. ante ipsa ordina-
 tionē euocandi sunt ad ciuitatē una cū
 pbr̄is qui eos representare debent. Et tunc
 ep̄c elatere suo diligere debet sacerdotes.
 & alios prudentes uiros. gnaros legis
 diuine. et exercitatos in eccl̄asticis sanc-
 tionib; qui ordinandoy unā. genus.
 patriā et atē. institutionē locū. ubi edu-
 cati sunt. si sunt bene litterati. si in lege
 dñi instructi diligenter inuestigent.
 ante omnia si fidē catholicā firmit̄ te-
 neant. & uerb; simplicib; asserere que-
 ant. Ipsi autē quib; cōmittit̄ cauere de-
 bent. ne aut fauoris grā. aut cui eum q;
 muneri cupiditate. illectū uero deui-
 ent. ut indignū et minus idoneū ad
 sacros gradus suscipiendos. ep̄imani bus
 applicent. Quod si fecerunt. et ille qui
 indignē accesserit ad altare remouebit̄.
 et illi quod donū sc̄i sp̄s uendere conata s̄t.
 corā dō iam condēpnati eccl̄astica digni-
 tate carebunt. Igitur p̄tres continuos
 dies diligenter examinent̄. et sic sab̄to
 qui probati inuenta sunt. ep̄o representet̄.

**Quē ep̄bri necesse sano discere et scire
 debent.**

Quē ipsi sacerdotib; debent. Idest
 liber sacramentoy. lectionarius. Bap-
 tisterium. Computus. Canon. Poeni-
 tentiales. Psalterium. Omelię per
 circulū anni. dñi c̄is dieb; et singulis
 festiuitatib; apte. Ex quib; omib; si unū
 defuerit sacerdotis nomen uix in eo con-
 stabit. quia ualde periculosē sunt euan-
 gelicemini; quib; dicit̄. Sicut ceco
 ducatum p̄stet. ambo in foueā cadit̄.

DE EADEM RE.

Ordinationes uero pbr̄oy et leuitarum
 tēpore congruo. et multis corā astantib;

sollēpniter agite. et probabiles ac doctos
 uiros ad hoc constituite ut illoy societate
 et ad iumento plurimū gaudetis.

**Quod ordinationes fieri non debent.
 nisi in loco certo et religioso.**

Siquis ordinari petuntur. nullatenus
 ordinent̄. nisi in loco certo et religioso.
 ut. etiā in ciuitate salū uno anno in mo-
 rentur. ut de uita et conuersatione atq;
 doctrina illoy. certitudo possit agnosci.

Quod abrahā primus sit appellat̄ pbr̄.

Porro et moysi p̄cipit̄. ut eligat pbr̄os.
 id̄ seniores. unde et in prouerbiū dicit̄.
 Gl̄ia sonū canit̄es. hęc uero canit̄es sapi-
 entia designat. de qua scriptū. ē. canit̄es
 hominū prudentiā. Cūq; non gentos
 et amplius annos. ab adā usq; ad abrahā
 uixisse homines legim; nullus alius
 primus appellatus. ē. pbr̄. id̄ senior. nisi
 abrahā qui multo pauciorib; uixisse anni
 conuincit̄. Non ergo p̄p̄t̄ de crepita
 senectate. sed p̄p̄t̄ sapientia pbr̄i
 nominant̄. Initium enī sacerdoti. aaron
 fuit. licet melchisedech prior optulit
 sacrificium dō. & post hęc abrahā ysaac
 et iacob. Sed his qui spontanea uolun-
 tate non sacerdotali auctoritate ista fecer̄.

**Quod nullus. eccl̄astico ordine absō-
 lute debet ordinari.**

Nullū absolute ordinari debere pbr̄i aut
 diaconum. nec quē libet in gradu ec-
 cl̄astico. nisi specialiter. eccl̄e ciui-
 tatis. aut possessionis. aut martiris
 aut monasterii nom̄ cui ordinandus
 ē. pronuntietur. Qui uero absolute
 ordinantur. decreuit synod̄ huius
 haberi huius scemodi manus imposi-
 tionē. et nusquā posse ministrare. ad
 ordinant̄ in iuriam.

Quod sub aspectu audientū ordinatore

Quod non oportet celebrare n̄ debent.
 Ordinationes sub aspectu audi-
 entium celebrari. Quod turb̄ electi-
 onē promouendoy facere n̄ liceat.

Quod non sit p̄mittendū turbis elec-
 tionē eoy facere. qui sunt ad sac-
 dotiū prouehendi. Quod ep̄m̄ pbr̄m
 ante xxx annos ordinare n̄ liceat.

Ep̄m̄ uero ut pbr̄m añ xxx annos. id̄
 antequā ad iur̄ perfecti etate p-
 ueniat. nullus metropolitanoy ordi-
 nare p̄sumat. ne per etate quod ali-
 quotiens euenit aliquo errore deti-
 neantur. De pbr̄is qui ante xxx añ

Siquis xxx etatis sup̄ ordinantur.
 n̄ impleuerit annos. nullom̄ pbr̄
 ordinetur. etiā si ualde sit dignus.
 quia et ipse dñs xxx añ baptizatus
 ē. et sic coepit docere. Oportet ergo
 eum qui ordinandus. ē. usq; ad hanc
 etate legitimā consecrari. Quod ante
 xxv añ diacon̄ non sunt ordinandi.

Placuit ante xxv añ. etatis. nec
 diacon̄ ordinent̄. nec uirginē con-
 secrentur. & ut lector p̄p̄t̄ n̄ saluter.
 In ueteri lege p̄cipiat̄ ut añ xxv añ
 leuite in tabernaculo non seruiret.

In ueteri lege ab anno xxv leuite in
 tabernaculo seruire p̄cipiunt̄. cuius
 auctoritatē in canonib; sc̄i patres se-
 curi sunt. Nos et diuine legis et c̄-
 cilioy p̄cepta in memores infantes &
 pueros leuitas facimus ante legitimā
 etate. an experientia uite. Id̄oq; ne
 ulterius fiat añ ob. et diuine legis et
 canonū ammonemur sententis. Sed
 xxv annoy. etatis. leuite consecratur.

et xxx annoy pbr̄i ordinentur. Ita ut
 sc̄dm̄ ap̄licū p̄ceptū probeat̄ primū
 et sic ministrent. nullū cr̄m̄ habentes.

De pbr̄is qui sine examine sunt pro

Siquis pbr̄i sine examine uecti.
 sunt. p̄uecta. ut cū disciterent̄ pec-
 cata sua confessi sunt. et homines con-
 tra canones cōmoti. manus confessis
 imponere tēptauerunt. tales regula
 non amittit. quia quod in rep̄hensi-
 bile. ē. catholica defendit. eccl̄a.

De eo qui sibi uolens aliquod m̄brū

Quis uero partē digiti truncauerit.
 tibi abscondi uolens. hunc ad c̄m̄ ca-
 nones non amittunt. Cui uero casu
 hoc accidit. et si in clero fuerit rep̄t̄.
 non abici. De cl̄is qui a medicoy in ci-

Siquis in in sione claudi efficiunt̄.
 firmitate positus est. in medicoy
 incisione claudus efficitur. promoueri
 ad sacros ordines eum non denegam;.

De illi qui in uident̄ fr̄m̄ prouectionib;

Is in uident̄ fr̄m̄ prouectionib;.
 donec in iur̄to est non p̄moueat̄.

Ut seditionari non ordinentur.

Seditionarios nūquā ordinandos
 dicit̄ sicut nec usurarios. ut iniuriay
 suarū ultores. Quod in litterat̄ et aliq;
 membro immunitus. p̄uecti n̄ debeat.

In litteratos quoq; aut aliqua parte
 corpus immunitos. nullus p̄sumat ad
 c̄m̄ prouehere. quia nec lit̄as carens.
 sacris eē potest aptus officis. et uti
 osum nichil dō prorsus offerri legalia
 p̄cepta sanxerunt. Similit̄ qui se ipsos
 abscondunt. De bonis illoy quod dñs p̄-

De reb; uero illoy prius libertate donant̄.
 ut peculiari quod dñs p̄prius libertate

donantur. ut ad gradus ecclesiasticos. p̄moueri debeant. statutū ē. ut in potestate dñoy consistat. quicquid ante libertatē abuerunt. utrum illis concedere uoluerint. an sibi retinere. **De filiis**

De his qui ex concubinarum. De his qui ex concubinis filios habent. et uxores legitimas post abuerunt. & defunctas uxores sibi concubinas publice sociant. id obseruandū censuimus. ut sic eos qui a pignoratitia ordinati sunt non remouemus. ita statuimus ne ulterius ordinentur. **Ut demonibus similibus que passionibus irretiti sacra tractare debeant.**

Et si ad eos sane cōperimus illi citam. An quoque prorūpere. ut demonibus similibusque passionibus irretiti. misteria sacrosca tractare tribuat. Et post pauca. Si corpore sauciati. aut debiles. nequaquam sacra contingere lex diuina permisit. quanto magis donis celestibus dispensatores eē non conuenit. quē detenus nite percussos. **Ut de serui conditione h̄p̄us adn̄is propriis libertatē ab eō nulli ordinent.**

Ut nulli de serui conditione ad sacros ordines p̄mouentur. nisi prius adn̄is propriis legitimam libertatē consequantur. Cuius libertatis carta ante ordinationē in abone publice legat. et si nullus contradixerit. rite consecrabitur. Porro seruus. non canonicē consecrat. postquam de gradu decidit. eius conditionis sit cuius fuerat ante gradū. **De eadē re.**

Admittuntur passim ad ordinē sacrum quibus nulla natalium mox dignitas suffragatur. & quod adn̄is suis libertatē consequi minime potuerunt ad fastigium sacerdotum tāquā seruis uitalis hanc

honorē iure capiat prouebuntur. et p̄bando posse credit. quid dño suo nec dū probare se potuit. Et post pauca. Debet enī eē innumis ab alius quidiuine militie fuerit adgregandus. ut acastri dñicis quibus nōm̄ eius ascribit. nullis necessitatū uinculis abstrahatur. **Ut seruus nesciente dño suo ordinari debet.**

Seruus si absente aut nesciente dño. ep̄oscientē q̄ seruus sit diaconus. aut p̄br. fuerit ordinat. ip̄so in clericū officio p̄manente ep̄s eum dño duplici satis factionē cōpenset. Si uero ep̄s eū seruo nesciente erit qui testimonio p̄hibent. aut eum supplicauerint ordinari. simili retributione teneantur obnoxii. **De his qui libertatē adn̄is suis recipiunt. ut nullū sibi obsequium retineant.**

Quicquid libertatē adn̄is suis ita percipiunt. ut nullū sibi in eis obsequium patronus retinet. istis sine crimine capitali sit. ad clericū ordinē liberi suscipiant. quia directam manu missione absoluti eē noscunt. Qui uero retento obsequio manu missi sūt. p̄ eo quod adhuc patroni seruitute tenentur obnoxii. nullatenus sunt ab ecclesiasticū ordinē promouendi. ne quando uoluerint eoy dñi suam exētū serui. **De seruis in ordinandis scdm̄ ecclesiasticam mandata qm̄ ingenui fieri debent.**

Auctoritas ecclesiastica patenti ammonet. in sup̄ & maiestas regia canonice religionis assensū p̄bet ut quēcumque ad sacros ordines ex familia propria p̄mouere. ecclesia queq̄ de lege rite in p̄sentia sacerdotū canonicorum. simul et nobiliū laicoy ei cui subiect. ē.

subscriptione & manus missione. sub libertatis testamento sollempniter roborat. Idcirco ego broghardus dō annuente uuormatiensis. eccle ep̄s quendam eccle nre famulū nōm̄ heberhardū. sacris ordinibus oblatū. ad altaris cornu nobiliū uiroy in p̄sentia per hoc auctoritatis testamtu statuo. ita ut ab hōdie et t̄p̄. bene ingenuus. atq̄ ab omni seruitutis uinculo securus p̄maneat. tāquā sibi ab ingenuis suis separantibus p̄creatus. ut natus. eandēq̄ pergat partē quā cūq̄ uolens canonicē elegerit. ita ut deinceps nec nob neq̄ successoribus nris. illū debeat noxie conditionis seruatum. sed omnibus diebus uite sue sub certa plenissimaq̄ ingenuitate. sicut alij qui eī dē sunt ingenuitas. per hęc manus missionis. atq̄ ingenuitatis utulū. bene sep̄ ingenuus atq̄ securus existat. Suum uero peculiare quod habet aut quod ab hinc assequi poterit. faciat inde scdm̄ canonicam auctoritatē libere quicquid uoluerit. Et ut hęc ingenuitatis pagina. inuolabile obtineat firmitatē. manu propria illā roborauimus. **De eadē.**

Debent autē super scripte ingenuitatis carte. non solū nōm̄ illius qui has fieri rogat. sed etiā nomina sacerdotū. et nobiliū laicoy quibus fuerint in ordinē digesta. cum signis propria manu impressis continere. Nā sine hōy ad stipulatione pagina auctoritatis testium nudata. p̄ nichilo deputetur. Oportet etiā et locū. diem. annū. et principem. et inductiones in fine ut. in margine annotata. habent in hunc modū actū illis

ciuitatē in domo sc̄i petri KLitt anno dñice incarnationis. illi regnante. illis rege. et p̄sidente in cathedra supradicte ciuitatis ep̄o illi. ut in monasterio illi. indice. ut indi nomine feliciter am̄. At enī romana auctoritas que cūq̄ leges sine die et consule fuerint. p̄bante non ualeant. **De eodē.**

Instruendi sunt p̄terea laici. ut sciunt quod nullatenus alio loco manumittere proprios possunt seruos quos dominici castri aggregare decreuerunt non in sacrosca eccle ordine supra notato. Quo modo enim cū extra eccleam libertatem consequi possunt. quia lege mundana extraneis sunt. Et quibus interdicit. ne ad sc̄larē iudicium p̄cedant qm̄ dō sc̄ari iudicio a iugo seruitutis absolunt. Sed fortasse dicit aliquis. Cū fieri n̄ p̄mittat. non ante susceptus sc̄laris officium. in ingenuitatis dignitatē potat. Reuera uerū dicit. Et idō quod infirmari ut uituperari potest. p̄uicari debet.

Non solū autē qui ad clerū ex eadē ordine p̄mouendi sunt. uerum etiā hi quos quisq̄ pro remedio anime sue emancipari uult. Quia sic scriptum quippe. ē. in pacto francoy. **Exemplar libertatis de proprio seruo.**

Quid debet sibi in exū atq̄ compotens relaxat seruum. p̄m̄ in futuro apud dñm sibi prouenire non dubitat. Quia p̄t ego in dñi nomine illi p̄ remedio anime meę ut eterna retributione in eccl̄a sc̄i petri ut illius sc̄i sub p̄sentia ep̄i. ut sacerdotū ibi consistenti um hac nobiliū laicoy. an cornu altaris istius. eccle absoluo seruo meo. illi per

hanc cartā ab solutionis et ingenuitatis. ab omni vinculo seruitutis. ita ut ab hac die et deinceps ingenuus sit. et ingenuus permaneat tāquā si ab ingenuis parentibus fuisse natus ut procreat. Et amp̄gā partē quā maluerit. ut quā auctoritas canonica permittit. et sicut ab ingenui. utra ducat ingenuā. Nulli autē heredi eorū. ac pro heredi nec cuique persone alię quicquā debeat seruitutis. ut libertatis obsequium. non solum dō cui omnia subiecta sunt ut pro cuius amore ipsū deuotus ad eī seruitium obtuli. Peculare uero suū quod dñs ei dederit ut deinceps dō auxiliante liberare potuerit concessū in perpetuū habeat. ut inde fatiat. quicquid illi placuerit. scdm̄ ecclasticas sanctiones. Siquis uero quod futurū eē non credo. si ego ipse aut aliq̄s de heredibus meis. ut quę libet obposita p̄sona contrahant ingenuitatis cartā uenire tēptauerit. aut eā quolibet modo infringere uoluerit. in primis irā dī incurrat. et alimimib; scēdi ecclē extraneus efficiat. et in sup̄cilitē intul. lx solidi persoluat. et quod repetit uendicare n̄ ualeat. sed p̄sens ingenuitas mea uel aliorū honorū hominū manib; roborata cum stipulatione subnixā om̄i t̄p̄r maneat in conuulsa. **De seruorum**

Deseruorū ordinatione **ordinatur.** qui passim ad gradus ecclasticos in discretē p̄mouentur. placuit om̄ib; cū sacris canonib; concordare et statutum. ē. ut nullus ep̄orū deinceps

eos ad sacros ordines promouere p̄sumat. nisi prius ad n̄s propriis libertate consecuti fuerint. et si quilibet seruus dñm suū fugiens. aut latitans aut adhibitas testib; munere conduens. ut corruptas. aut qualibet calliditate fraude. ad gradus ecclasticos perueniret decretū. ē. ut deponat. et dñs eius eum recipiat. Si uero uisus aut pat̄ ab alia patria in alia migrans. in eadē puincia filium genuerit. et ipse filius ibidē educatus. et ad gradus ecclasticos promotus fuerit. et utrū seruus sit ignotū sit. et postea ueniens dñs illius legib; eum acquiescit sanctitū. ē. ut si dñs ei libertate dare uoluerit. in gradu suo permaneat. Si uero eū catena seruitutis a castri dñicis abstrahere uoluerit. gradū amittat. quia iuxta sacros canones uilis persona manens sacerdoti dignitate fingi non potest.

De eccliarū seruis.

De eccliarū uero seruis communi sententiā decretū ut archiep̄i per singulas puincias constituta. n̄rā auctoritate sequantur. suffraganei autē illoꝝ exēplar illius penesse habeant. Et quando cūq; de familia ecclē. ut illi inuentus aliquis ordinandus. ē. in a bone ipsa auctoritas corā p̄pto legat. et coram sacerdotib; et om̄i clero ante cornu altaris. sicut in n̄rā auctoritate continetur. remota qualibet calliditate. libertate consequatur. et tunc donū ad gradū ecclasticos promoueat. **Ut penitentes ut digami non promouantur.**

Vt digami. ut poenitentes. et repudiatu mariti. ad sacerdotiū non promoueantur. **Energumini soli ad hūm̄di sunt ad clm̄ sed in uera ab officio rono.**

Energumini non solum assumendis uerbi. ad illū ordinē dicitur. sed etiā illi qui ordinati sunt ab imposito officio repellendi sunt. **Ut nullus expenitentib; ordinetur.**

Expenitentib; quāuis boni. et si n̄ ordinetur. si per ignorantia ep̄i factū fuerit. deponat. ad o quā se ordinationis tēpore. non prodidit fuisse poenitentia. **De uisitorib; et pcuratorib; si ordinari debeant.**

Magnus ep̄s astuagensis dixit. Quod dilectioni uidetur ut pcuratorē et factores. etiā exēcutores pupilloy si debeant ordinari. Gratus ep̄e dixit. Si post deposita uniuersa et redita ratio cōm̄. actus ut ipsoꝝ fuerint cōprobat in om̄ib; debent et cū laude. et si postulatus fuerit honore munerari. Si q̄m̄ ante libertate negotioꝝ ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati. ecclā infamat. Vniuersi dixerunt. Recte om̄ia statuta sc̄ntas tua. idōq; itā n̄rā est. quoq; sententia. **Ut de poenitentib; nullus templacum admittatur adderē.**

Ut penitentes non admittantur ad clm̄. nisi tantum sine cessitate aut uis exegerit. inter hostias deputerit. ut inter lectores. ita ut euangēta et ap̄tm̄ non legant. Si q̄s autē ante ordinati sunt. inter subdiacones habeantur. ita ut manū non imponunt. aut sacra contingant. Cum uero poe

nitentē dicimus qui post baptismū aut pro homicidio. aut p̄diuersis criminib; grauis simisq; peccatis publicā poenitentia gerens sub cilio. diuino fuerit reconciliatus altario. **Laius si scdm̄ uxore duxerit.**

Siquis de laicis **et non fiat.** post uxore. alia cuiusq; conditionis cognouerit mulierē. in clero nullatenus admittatur. **Ut nullus alterius parrochianū retinere p̄sumat.**

Nullus ep̄s alterius parrochianū p̄sumat retinere aut ordinare absq; eius uolūptate ut iudicare. quia sicut uita erit ei ordinatio. ita et iudicatio. qm̄ cessens nullū alterius iudicis. non sui sententia tenet. Nā qui cum ordinare n̄ potuit. nec iudicare ullatenus potest. **Ut ab alio ep̄o ordinatē in clero n̄ maneat.**

Ordinatus est ab alio ep̄o non de p̄caritate ut consentiente suo in clero non maneat. **De quodā ep̄o q̄ alius ep̄icū eo nolente ordinauerat.**

Ep̄igonius ep̄e dixit. In multis conciliis hoc statutū est. etiā nunc h̄ confirmandū. ē. aurā prudentia fr̄s beatissimi. ut clm̄ alienū nullus sibi p̄cipiat ep̄e p̄ter eius arbitriū cuius fuerit est. Dico. autē iulianū qui in gratias. ē. dū beneficiis p̄meā paruitate in se conlatis. ita temerariū et audacem extitisse. ut eum quāne baptizatus. ē. cum eē puer egenissimus. michi ab eodem cōm̄datis eum quē multis annis amē a leretur. atq; in crederet. hunc ut dixi baptizatum eē in ecclā mea p̄manū par-

uitatus mee constat id in diocesi
 ma palensi lector ee cepit immo
 annis ferme duob: leggerat namne
 scio quo tēptatu immanis sumo id ē
 iulianus eum arripuit quē dicit
 quasi propriū cuiē sui loci uagaritani
 me inconsulto usurparet. Nā et
 diaconē illū ordinauit. hōc silicet
 pateat hęc licentia auobis beatis
 simis. Sim minus tam impudens
 cohibeatur. ne se misceat comuni
 oni cuiusquā. Nimidius epē dixit.
 Si non postulata neq: consulta digna
 tione id uidetur fecisse iulianus.
 iudicamus om̄s inique factū atq: in
 digne. Quāpp̄t id iulianus correxit
 errorem suū. & cum satul factionē
 eundē ctm quē fuerat ausus ordinare
 reuocauerit tue plebi. contra statuta
 concilii faciens. contumacie sue
 separatus anobis excipiet iudiciū.
 Epigonius ep̄s dixit. frat̄ pat̄ et ipsa
 p̄motionē antiquissimus uir lauda
 bilis. fr̄. & collegan̄r uult hanc peti
 tionē generalē om̄ib: effici. **Ut ne
 mo ctm alienū suscipiat sine uoluntate**
Ut ctm alienū non concedente sui ep̄i.
 proprio ep̄o nemo audeat ut retinere
 ut promouere in ecclā sibi credita.
 Clicoꝝ autē nomen. etiā lectores. et
 psalmiste et hostiarū retinent.
**Ut nullus ep̄o alienū ctm sine litteris
 ep̄i sui suscipiat.**
 Priuatus ep̄e bege silianus dix̄. Sug
 gero scitatu ur̄e. ut statutus non
 licetē ctm alienū ab aliquo suscipi
 sine litteris sui ep̄i neq: apud se reti
 nere nec lacum usurpare sibi de plebe

aliena. ut eum ordinet sine consen
 tia eide cuius plebe est. Gratius ep̄e
 dix̄. Hoc obseruare. pacē custodit.
 Nā inmensa concilii sc̄issimi sardiesis
 similiter statutū ē. ut nemo alius
 plebis hominē usurpet. Sed si forte
 erit necessarium petat a collega suo
 et consensum habet. **De p̄b̄is et diac
 quis sine litteris ep̄i sui ambulat.**
 P̄b̄ et diaconus aut cts. si sine antistis
 sui ep̄i ambulat communionē
 ei nullus impendat. **De eadem re.**
 Quod non oportet sacerdotē uel
 ctm sine litteris proficisci canonacis.
Ut q̄s ordinet litteras a ordinatore suo ac
Deinde placuit ut quicūq: cupiat.
 Deinceps ab ep̄is ordinant litteras
 accipiant a ordinatore sui manu
 eoy subscripsi. continentēs annum
 dñi. et diem. ut nulla alit̄atio de poste
 norib: ut anteriorib: onatur. **Ut ordinet
 q̄s in multis locis p̄maneat ad quē ordinat.**
 De his qui in quib: eūq: locis ordinati ē.
 fuerint minis in ipsis locis per
 seuerent. **De p̄b̄o qui ctm suscipit q̄
 ante ordinationē peccauerit.**
 Siquis p̄b̄ ante ordinationē pecca
 uerit. et post ordinationē peccata
 confessus fuerit quod ante errauerit.
 non offerat. sed tantū. preligione
 nom̄ p̄b̄i portet. Si autē non ipse ē
 fessus. sed ab alio publice conuictus.
 ne hoc ipsum habeat ut nom̄ p̄b̄i
 portet. Similit̄ et de diaconib: obser
 uandū ē. ut si ipse confessus fuerit
 ordine subdiaconi retineat. **De eadē**
 P̄b̄ si p̄re occupatus corporali re.
 peccato promoueat. et confessus

Ex laur. cap. 1.
 Ex laur. cap. 1.
 Ex laur. cap. 1.

Ex laur. cap. 1.
 Ex laur. cap. 1.
 Ex laur. cap. 1.

fuert de se quod ante ordinationem
 dereliquerit. oblata non consecret.
 manens in reliquis officis pp̄t studiū
 bonū. Quod si de se ipse confessus n̄
 fuerit. & argui manifeste nequiuert.
 potestatis sue iudicio relinquat. **Ut
 nullus p̄b̄ absq: sacerdotib: uestim̄is
 missam celebret.**
 Ut nullus p̄b̄ absq: amictu alba. &
 stola. & fanone et casula ultra ten
 p̄sumat missā celebrare. et hęc sacra
 uestim̄ta mundissima sint. et in mi
 tidoloco infra ecclā conlocentur.
 Nec unquā p̄b̄ his induat̄ extra ecclā
 exeat. quia hoc diuina lex p̄hibet.
**Ut cts uti tēptationes ab officio non
 declinet.**
 Ab officio declinante. t̄ neglegen
 tius agente ab ipso officio dicunt
 remouendū. **Ut om̄s p̄b̄ in sua ec
 clētia singul̄ dñicis dieb: aqua bened.**
 Om̄ib: dieb: dñicis quisq: p̄b̄ in sua
 ecclā animis sarū sollempnia aqua
 benedictā faciat in uase nitido. &
 tanto mysterio conueniens. deaq̄
 p̄p̄tis intrans. ecclā aspergat. Et
 atrium eide ecclē cū crucib: circue
 undō. similit̄ aspergat. et p̄ animab:
 ibidem quiescentib: circueundo.
 similit̄ aspergat. et pro animab:
 ibidē quiescentib: oret. Et quoluert
 in uasculis suis accipiat ex ipsa aqua.
 et permansiones et agros et uineas. sup
 pecora q̄s sua atq: super pabula eoy.
 nec non sup cibos et potūs suū conp̄gat.
Item de aqua benedicenda.
 Aquā enī sale conspersa p̄p̄tis benedi
 cimus. ut ea cuncti aspersi sc̄ificent.

Ex laur. cap. 1.
 Ex laur. cap. 1.
 Ex laur. cap. 1.

Quod et om̄ib: sac̄dotib: faciendū
 ēē mandamus. Nā cinis ut uale as
 persus p̄p̄tm sc̄ificabat atq: munda
 bat. quanto magis aqua que sale aspsa
 diuinisq: p̄cib: sac̄rata ē p̄p̄tm sc̄ificat
 atq: mundat. Et si sale asperso per
 heluseum p̄p̄ham sterelitas aque sa
 nata ē. quanto magis diuinis precib:
 sac̄rata aqua sterelitate rerū aufert
 humanarū et quo inquinatos sc̄ificat.
 et purgat. & cetera bona multiplicat.
 et insidias diaboli auerit. et fantas
 matū uersutis hominē defenditur.
Ut missę peculiare in dieb: festis n̄ fiant.
 Et hoc ad tendendū ē. ut missę pecu
 liare que per dies sollempnes a sac̄
 dotib: fiunt. non ita in publico fiant.
 ut pereas p̄p̄tis a publicis missarum
 sollempnib: que hora tertia canonice
 fiunt abstrahatur. quia pessimus usus
 est. apud quosdā in dñicis dieb: siue in
 quib: liber festiuitatib: mox missam
 celebrare. quāuis et si pro defuncto
 sit. cū audierit abscedat. et per totum
 diem aprimo mane ebrietati et comē
 sationi potius quā dō deseruiat. Ad
 monendus ē p̄p̄tis ut ante publicum
 pactūq: officiū ad cibū non accedat.
 sed om̄s ad publicā sc̄am mat̄re ec
 clā missarū sollempnia et p̄dicati
 onē audituri conueniant. Et ut
 sacerdotes missas horatertia cele
 brent. ut p̄p̄tis publicis sollempnib:
 non abstrahat. Sed sac̄dotes qui in
 circuitu urbis. aut in eadē urbe.
 et p̄p̄tis ut p̄dixim̄ in unū ad publicā
 missarū celebrationē conueniant.
 ut exceptis dō sac̄rat̄is feminis. quib:

mos. ē. ad publicū non egredi. sed cau-
sis monasteriis contineri. **Demini-
rio p̄broy ut quidei cōmissum sit.**

Vt p̄bri ueraciter nosse debeant et
semper meminisse. quia nos quibus regē
darū animarū cura cōmissa ē. p̄bis
quintā negligentia pereunt. ita o-
nem reddidituri sumus. Probis uero
quos uerbis exēplis rogati fuerim.
p̄mum et ne uite percipiemy. Nob
enī ad nō dicitū. ē. Vos estis sal terre.
Quod si p̄bis fidelis. cib. ē. di. eius de
cibi conditū nos sumus. Scitote
uim gradū. nō gradū scdm et pene
coniunctū ēē. Sicut enī ep̄i aptoy
in ecclā. ita nimirū p̄bri ceteroy di-
scipuloy dñi lucē tenent. Et ille te-
net gradū summi pontificis aaron.
isti uero filioy eius. Nō oportet uos
semper memores ēē tante dignitatis.
memores uirgē consecrationis. memore
sacre quā in manib; suscepistis hunc
tionis. ut nec ab eadē dignitate de-
generetis. nec uirgē consecrationē
uirtū faciatis. nec manus sacro un-
guine delibutis. peccando pollutā
sed cordis et corporis munditiam con-
seruantes. plebibus exēplū bene uiuen-
di prebentes. his quibus p̄bis dicitū
ad celestia regna p̄beatis. **Ut singuli
p̄bri singulib; habeant.**

Vt quisq; p̄bri qui plebē regit cōm ba-
beat qui secū caritet. et eplam et
lectionē legat. et quis colam possit
tenere. et admonere suos paruechi-
anos. ut filios suos ad fidē discendā
mittat ad eccliam quos ipse cū omni
castitate erudiat. **Quos p̄broy fides**

primum discutienda sit.

Primo omnium discutiendae fides
sacerdotū qualiter credant. et alios
credere doceant. Hi exēpla propo-
